Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/321391

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

5

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EVERTIUS ADOLPHUS VAN EMDEN,

SURINAMENSIS.

**Die XXVIII. m. Februarii a. MDCCCL, hora II.**

TRAJECTI AD RHENUM,

**Apud J. DE KRUYFF.**

MDCCCL.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Non adsentior Bynkershoekio actionem praescriptis verbis dandam esse illi, qui decem mutuo dedit ut undecim reciperet; nec Cujacio ad l. 17 D. de pactis, dicenti: »hodie, quia donationem placet nudo consensu perfici, ex causa donationis non dubitem affirmare eum nummum peti posse."

II.

Maritus, qui patitur, scientem uxorem rem suam ei ab extraneo donatam usucapere, hanc vindicare potest, cum sit donatio prohibita.

III.

Qui precario habet, possidet, licet animum domini non habeat.

IV.

Liberi ex matrimonio putativo nati (si parentes vel alter eorum in bona fide erant) ex jure Romano legitimi non habentur.

V.

In jure classico per litiscontestationem usucapio non interrumpitur, sed omnino in jure Justinianeo per libelli porrectionem, praesidi in causis enumeratis in l. 2, C. de ann. except. factam.

VI.

Art. 264, n°. 3, C. C. non spectat condemnationem peregre pronuntiatam.

VII.

Praescriptione exstinctiva etiam ille uti potest qui rem precario vel per vim possidet, nec obstant artt. 1993 et 1996, C. C.

VIII.

Quod quis debitori suo debet, arresto praecludere potest ex art. 735, C. de Meth. proced.

IX.

Marito, uxoris curatori, curator honorarius adjungendus est.

X.

Art. 142, C. C. al. 3, etiam intelligendus de ratihabitione, licet lapsus trium mensium non accesserit.

XI.

Si autem nec consortium illic indicatum, nec ratihabitio locum habuerit, tamen post quinquennium hoc matrimonium nullum declarari potest.

XII.

In art. 4, 4°. C. M. verbum *aannemingen* non quamlibet redemtionem vel conductionem operis spectat, sed unice navium exstruendarum.

XIII.

Art. 15, C. de Meth. Proc., etiam spectat protestationem literarum cambialium.

XIV.

In art. 423, C. M. non distinguitur an morbus ex culpa nautae locum habuerit, nec ne.

XV.

Non quilibet qui tabernam exercet, mercator in jure haberi deberet.

XVI.

Mercium venditio non est res mercatoria.

XVII.

Exasperatio poenarum in causa delicti repetiti, non adversatur praecepto, »non bis in idem."

XVIII.

Illa poenae exasperatio locum habet propter condemnationem a judice peregrino pronuntiatam.

XIX.

Effractura, furto jam commisso, effugiendi causa facta, non incidit in art. 396, C. P.

XX.

Injusta perforatio puniri nequit tanquam infanticidium, nec tanquam abortus.

XXI.

Recte Haus : Il y a vol . . . . de la part de celui qui a trouvé des objets, et qui les garde pour se les approprier.

XXII.

Servus qui ex India Occidentali huc profugit, in coloniam redux, a domino suo vindicari potest.

XXIII.

Recte Guizot, de la démocratie en France, Cap. II : — . . . . . . . . . . C'est la triste condition des gouvernements démocratiques que, chargés de réprimer le désordre, on les veut complaisants et flatteurs pour les causes du désordre. On leur demande d'arrêter le mal quand

il éclate, et on leur commande de l'encenser tant qu'il couve. Je ne connais rien de plus déplorable que ces pouvoirs qui, dans la lutte des bons et des mauvais principes, des bonnes et des mauvaises passions, plient eux-mêmes à chaque instant le genou devant les mauvaises passions et les mauvais principes, et puis essayent de se redresser pour combattre leurs excès.